

**I**

*INCUNABULA*

*L. Inw.* **Ct.14.109**

**I**

*INCUNABULA*

*L. Inw.* **Ct.14.110**

A N D R E A S de E S C O B A R

Modus confitendi . . . Romae, Jo-  
hannes Besicken et Martinus de Amsterdam, circa 1500 ?  
10 ff.nn.cum imagine.

-----  
INTERROGATIONES et DOCTRINAE quibus quilibet sacerdos  
debeat /!/ interrogare suum confitentem. Romae,  
Johannes Besicken et Martinus de Amsterdam, circa  
1500 ?  
10 ff.nn.

-----

TO THE ...

...

...

July 1890

Blank paper with a dashed line at the top and faint, illegible markings.

Dark, textured surface, possibly the back cover of a book or a piece of heavy paper.

Ленинградский государственный университет  
АН УРСР  
№ СТ 14109



21.446

B

**M**odus cōfitendi cōponitur p̄ Res  
uerendū ep̄m Andreā Hispanuz  
sancte Romane ecclesie penitentiariū.  
Quoniā omni cōfitenti neces  
sariū est hanc generalē confessionē dicere z fa  
cere: cuius tāta est virtus p̄m mgr̄m sniaz. li.  
iiij. di. xxij. c. v. q̄ innumerabilia peccata ve  
nialia delet: mortalia x̄o z criminalia quoz nō  
recordaris tollit. peccata x̄o q̄ fecisti ad me  
moriā deducit. Et imo ad vtilitatē mihi vere  
cōfidentiū. Ego magister Andreas hispanus  
Ro. curie penitentiarius olim Liuitatensis z  
Alacen. nūc x̄o Magarensis vocatus ep̄us  
ordinis sancti B̄ndicti requisitus p̄ mihi cōfi  
tentes hāc generalē confessionē que quasi oia  
peccata continet ex multis sanctorū patrū di  
ctis collegi verbis breuiorib⁹ q̄ potui qz dis  
fusius a me in maiori cōfessione processum est  
Facto signo sancte crucis ante oia dic primo:  
Cōfiteor deo oipotentī beate Marie virgini  
z oibus sanctis dei z tibi patri meo sp̄ali: qz  
nimis peccavi ab ista hora qua primo incepti  
peccare vsqz ad p̄ntē diē mortaliter: crimina

liter: venialiter: cogitatioe: cōsensu: delectatione: deliberatioe: consilio z locutione: visu: verbo: omissione z opere contra deū meū patre oipotentē p nature infirmitatē. Contra filiū dei p anime ignorantia z cecitatē. Contra spiritū sanctū p malitiā z obstinationē: desperationē: voluntariā peccandi cōsuetudinē: tā cupiditate z amore inordinato q̄ timore seruli z mundano. Et cōfiteor me peccasse contra deū meū tā locutiōe z cogitatioe q̄ ope z omis-

**De cogitatione.** sione.

**P**rimo peccavi cogitatioe: qz carnis delicias: gulas: luxurias: seculi pōpas: honores diuitias habere cogitavi z multū concupiui: acturpibus cogitationib⁹ cōsensi z tā impresam imaginatiōe in eis habui z dilectatiōe ac delectatiōe q̄ multas meas cogitatiōes ope p̄fecissem nisi timor z verecūdia mūdi me retraxissent. Corde z animo horas meas non dixi: nec deū meū laudavi: nec de ipso aut futuro seculo. seu etiā de die extremi iudicij cogitavi: imo tentatiōes diaboli z mūdi volūtarie suscepi z eis semp cōsensi. Vindictas deli

deravi z amicitias simulavi. In meis aduersi-  
sitatibus patientiã nõ habui. In affectũ cor-  
dis mei transiui z opere p̄feci quecũq; prius  
cogitavi facere. Qualitercũq; cogitatõẽ pec-  
cavi reddo me culpabilẽ z dico meã culpã.

**De locutione.**

**S**ecũdo peccavi i locutiõẽ qz sepius supflue  
z inepte locutus sum. deũ meũ z sanctos eius  
blasphemavi z deũ de suis opibus reprehẽdi  
pctã mea p̄pria defendi z excusavi. inuanũ iu-  
raui z meis p̄ximis detraxi z murmuravi eoz  
vitã z sinistre opa indicavi z eos diffamaui: iu-  
rata z p̄missa nõ seruavi s; sepe peioravi z p̄-  
iuravi z multos decepi. Testimoniũ falsũ di-  
xi: p̄nitiose mentitus sum. p̄p̄inquis z familia-  
ribus maledixi z eos vitupavi z scãdalizavi  
maiorib; adulatus fui z cũ v̄bis ac m̄dacijs  
eoz amorẽ p̄curavi z discordias semiaui. ma-  
le cõsului z bilinguis fui. meipsum laudavi z  
secreta revelavi. indiscretus fui z vota hone-  
sta nõ cõpleui. dissolut; in visu fui z i risu. can-  
tilenas de alijs feci. verba scurrilia z turpia  
dixi. z p̄fidus in verbis extiti. verba dei tacui.

z nō docui. nō correxi p̄rimos nō monui. hos  
ras meas nō debite legi nec p̄fessus fui. Non  
cōicavi. Nec deo meo de beneficijs acceptis  
de mane die ac nocte gr̄as r̄ddidi nec alia san  
cta officia ligue exercui: s̄z eā ad oīa vitiosa z  
vana laxavi. Qualitercūq; enī ego locutione  
peccavi r̄ddo me culpabilē z dico meā culpā

**De septem peccatis mortalibus.**  
Et primo de Superbia.

**T**ertio peccavi ope z opatiōe multiplicif.  
Et primo confiteor me peccasse contra deum  
meū z proximū meū: z septē peccata mortalia  
cōmisisse. Superbiā enī cōmisi quia singu  
lari excellētia alijs p̄esse volui. P̄posus  
z p̄sumptuosus extiti. In meis opibus semp  
vanā gloriā habui. De divitijs honoribus ac  
genere z nobilitate atq; corpis mei pulchritu  
dine me iactavi z causa ipsoꝝ alijs dominari  
volui. Inobediēs p̄latiis meis extiti. cēsuras  
ecclesie z synodoꝝ nō curavi: z ypocrita fui z  
rebellis z obstinat⁹ in mala p̄suetudine peccā  
di. Confiteri z penitere z cōmunicare nō vol  
ui. Parētes proximos z inferiores desperi

Et familiares z amicos verbis supbis a me  
effugavi. Curiosus z levis in verbis meis ac  
• dissolutus in risu extiti. Singularis esse ver-  
bis z factis decrevi. Propriã volutãtẽ semp  
adimplere volui. Peccata ppria excusavi z  
defendi z cito credidi. Et ingratus deo meo  
z hominibus z beneficijs acceptis extiti.

### De avaricia.

Item peccaui cupiditate z avaritia: qz in-  
ordinate divitias honores pecunias z benefi-  
ficia ꝑcupivi z amavi. Res alienas abstuli z  
retinui iniuste z dissipavi. parcus mihi in ne-  
cessarioꝝ exhibitione z pximis in elemosinaꝝ  
largitione fui. Propter pecunias honores z  
beneficijs multa falsa testimonia. falsas litte-  
ras: pditiones: adulteria: pximoꝝ dãna: vsu-  
ras: simonias: deceptiões: fraudes: rapinas:  
furta: mēdacia: causas litigiosas z iniustas z  
iniquas sententias: officia tyrãnica ac ꝑcura-  
tiones: falsos testes: falsas lras puerloꝝ: z cõ-  
sanguineoꝝ ꝑmorationes: in dei ecclesia ludos  
fortuitos z falsa iuramēta dixi z feci z ꝑcuravi

### De luxuria.

nibus per adulterium me coinquinavi.

**S**eptimo peccaui: nã res alienas iuste de locis sacris z nō sacris abstuli z officiũ ad recipiendũ bona pauperũ procuravi. z res alienas dominis suis nō reddidi. Patrimonium cruci fixi nō debite expendi: nec p me ablatũ vel furatum aut inventũ nunq̃ restitui: nec volũtates vltimas mortuorũ testamenta complevi.

**O**ctavo peccaui: nã contra proximũ meũ ex malitia publice z occulte falsum testimoniũ z falsas scripturas falsos testes sepius cōtra eũ procuravi z dixi z eius vitã z mores quãtum potui denegavi. Et vituperia derisiones ac etiã multas maledictiones cōtra eũ protuli z scandala procuravi.

**N**ono peccaui: nã proximi mei vxorẽ z cōsanguineã z sanctimonialẽ desideravi z in ei⁹ pulchritudine gauisus fui z ad eã videndũ curri z eã habere quocunq; modo desideravi.

**D**ecimo peccaui: nã vicini mei agros z domos bñficia z bona pximi mei p dolos fraudes violentiã z deceptiões habere cōcupiui: z ptra eũ causas iustas z litigiosas moui per

bis z factis quantū potui ppter illa bona eum  
rebus suis iuste priuavi z priuare studui. In  
his omnibus dico meā culpā z reddo me deo  
culpabilem z vobis patri.

**Q**uinto pater peccaui contra deū cū omni  
bus meis mēbris z sensibus mei corpis: nam  
cū meo capite deo meo z meis maiorib<sup>9</sup> reue  
rentiā nō feci. Item collū meū ad obedientiā  
inclinare nolui. Item aures meas ad audien  
dū luxuriosa verba detractiones cantus z in  
strumēta musicalia dedi. Item oculos meos  
multoties coloribus deturpauī: z ipudice cū  
eis mulieres multas z plures vanitates mū  
di respexi. Item nares meas odorib<sup>9</sup> puocantis  
bus ad vanā gloriā z luxuriā ordinavi. Item  
os meū ad loquendū mendacia blasphemias  
z iurias deputavi. Item linguā meā ad loquē  
dum suavia mēdacia ordinavi. Item guttur  
meū crapula z ebrietate repleui. Item manib<sup>9</sup>  
meis aliena rapui z turpiter cū eis corp<sup>9</sup> meū  
z alia membra mea ad generationē deputata  
fornicatiōib<sup>9</sup> maculaui. Item ventrē meū luxu  
rie z ebrietatib<sup>9</sup> dedi. Item lūbis meis ardores

libidis exoptari & excitari. Itē in corde meo  
varias cogitatiōes & tentatiōes habui q̄s p̄fe  
cissez nisi timor mūdi & hoīuz me abstraxissent  
Itē genua mea deo meo & sanctis & maiorib⁹  
meis nō flexi. Item cū pedib⁹ meis ad luxu  
riandū ad furandū & ad sanguinē effundendū  
cucurri. Qualitercūq; ego cū aliquo mēbro  
mei corpis deū meū offendi dico meā maxi  
mā culpā & cōfiteor deo oīpotenti & vobis.

¶ Sexto peccaui vltimo modo peccandi. s.  
omissione: nam cū paupere indigente in neces  
sitate cōstituo septem opa misericordie nō ex  
ercui. Nam cū potui esurientibus panē non  
dedi. Et sitiēti potū nō prebui. Hospitē pe  
grinū & etiā errantē ad meū hospitium &  
ad viam bonā & rectam nō direxi. Infirmos  
cū necessarijs nō visitavi. Rudū vestimentis  
meis nō cooperui. In carceratos iuste nō re  
demi. Mortuū derelictū nō sepelivi nec etiā  
sepelire feci. Itē opera spiritualia ad que te  
nebar nō adimpleni: nam ignorātes que sunt  
salutis animē nō docui. Destituito enī huma  
no auxilio & pctōzi consiliū nō dedi. Errantē

z peccatorē nō castigari nec correati. Tristes  
z dissolutū nō confortari. Nec mihi irascenti  
bus z etiā male facientibus nō pepercī. Iniu  
rias z cōtumelias mihi illatas patiēter nō su  
stinui. Pro saluatiōe animaz amicoz z inimi  
corū meoz deū nō exorauī. Et mercedē labo  
rum mihi seruiētib⁹ nō prebui. Qualitercūq;  
ego opa misericordie nō impleni dico meam  
culpā z reddo me culpabilē deo z vobis.

¶ Sequit̄ de duodecim articulis fidei.

¶ Septimo peccaui: qz duodecim articulos  
fidei firmiter z pfecte nō credidi: nec corde z  
ore ad eius iusticiā confessus fui: imo aliquā  
do circa ipsos z circa sacramenta altaris du  
bitaui: z fidē verā z iustā cū bonis opib⁹ tanq̄  
bonus z fidelis xpianus nō habui. Nec con  
tra infideles z prauos hereticos fidē meā om  
nino defendi z p̄dicauī: imo errantes z arguē  
tes contra fidem libenter audiui.

¶ De septē sacramentis ecclesie.

¶ Octauo peccaui: qz septē sacramēta eccle  
sie vt bonus xpian⁹ z fidelis preterij z negles

xi. Primo qz sum baptizatus z diabolo z pō  
pis eius vt promisi in baptismo nō renūciaui  
Sum cōfirmatus z fidem christi ac veritatē  
ppter timorē mūdi loqui z predicare erubui  
atqz neglexi ac ordinē matrimonij nō honora  
ui nec custodiui. Ordines ecclesiasticos indi  
gne recepi z in peccato indigne eosdē exercui  
Patientiā p meis peccatis z ieiunijs: oratio  
nes z elemosinas mihi iniūctas nō feci. Oris  
cōfessionē z corporis xpī cōmunionē facere z  
recipere neglexi. Qualitercūqz ego in sacras  
mentis ecclesie peccaui dico meā culpam.

**De septē virtutib⁹ theologicis.**

**N**ono peccaui: qz tres virtutes theologi  
cales reseruare neglexi. In me nō ē vera xpī  
fides cum bonis opibus. In me non est certa  
spes de futuris bonis celestib⁹. In me nō est  
charitas que sup oia diligat deus atqz vt me  
ipsum z meū pximū dilexi. In me nō est pru  
dentia qz actus meus q̄ q̄o q̄n debuisses age  
re nō feci: z iuxta voluptatis desideria actus  
meos inconsulte pegi. In me nō est fortitudo  
qz passiones interiores z exteriores viriliter

pro xpo nō subiugavi. Turpia z verecundā  
agere nō metui. In me nō est tēperantia: qz la  
bores ieiunia ac tribulatiōes sustinere nō vo  
lui. In me etiā nō est iusticia: qz a malo nō de  
clinavi: sed bonū quod tenebar facere neglexi  
Unicuiqz quod suum erat nō dedi. Et ppter  
meas vtilitates bonū cōmune z multoz sal  
nationē neglexi. Quicquid ego contra septē  
virtutes peccavi dico meam culpam.

¶ Septem dona spiritus sancti.

¶ Decimo peccavi: qz septem dona spiritus  
sancti nō curavi. In me nō est sapiētia ad di  
vina contemplanda. In me nō est intellectus  
ad nouissima mortis mee z penas inferni z diē  
iudicij cōsiderandū. In me nō est consiliū ad  
bonū eligendū z malū reprobandū. In me nō  
est scia ad meipsum z facta mea recognoscen  
dū. In me nō est fortitudo a tentationib<sup>9</sup> z tris  
tulationib<sup>9</sup> ac malis cōgitationib<sup>9</sup> resistendū.  
In me nō est timor dei ad malū fugiēdū z ad  
salutē aie querendū. Qualitercūqz ego in his  
peccavi dico meam culpam.

¶ Duodecim fructus spūs sancti.

**Undecimo peccavi:** qz duodecim fructus  
spūs sancti etiā scienter neglexi. In me nō est  
charitas nec gaudiū ī dei seruitio: nec pax cū  
proximo: nec patiētia in aduersis: nec longani-  
mitas ī diuinis seruitijs: nec bonitas vite mee  
nec benignitas erga proxmū meū: nec modestia  
in gestu z habitu ac opibus meis: nec mansue-  
tudo in turbationibus: neqz etiā humilitas in  
operib⁹: nec veritas in verbis z locutionibus  
meis: nec p̄tinētia nec castitas in meis affectio-  
nibus: sz grauit̄ peccavi contra p̄dicta sicut  
equus z mulus quibus nō est intellectus. Et  
de his omnibus dico meam culpam.

**Octo beatitudines.**

**Duodecimo peccavi:** qz fm octo beatitudi-  
nes euangelicas viuere z xp̄i seruus z esse ob-  
misi. Primo paupertatē volūtariā cū spirituali  
injectione nō habui. Sc̄do mitis z mansue-  
tus in p̄secutionib⁹ z iniurijs mibi illatis non  
extiti. Tertio peccata mea nō desseui nec cū  
illa p̄ritione qua debui ad hanc p̄fessionē ac-  
cessi. Quarto iuste viuere nō studui sz in pec-  
catis assuetus fui. Benefacere: ieiunare z orā

re neglexi. Quito mihi misericors et alijs non  
fui: ac bona ecclesiastica commissa pauperibus  
non dispersi. Sexto corde quo ad deum et proximum  
per bona exempla non vixi: sed duplici animo in factis  
et verbis hypocrita fui. Septimo pacificus  
non fui: sed propter ambitionem beneficiorum et bonorum  
discordias seminavi et scismata feci. Octavo  
peccaui: quia non propter christi persecutiones et male  
dictiones hominum sustinui: sed quando potui me  
vindicaui. Quando cumque et qualitercumque ego  
infelix peccator peccaui contra octo beatitudi  
nes et contra omnia predicta et singula et eorum circum  
stantias scienter vel ignoranter dormiendo vel  
vigilando reddo me culpabilem et dico meam cul  
pam et peto a deo meo indulgentiam: et a vobis  
patre absolutionem et penitentiam.

Septem peccata mortalia continentur in septem  
litteris huius dictionis saligia.

Septem quoque sensus sunt: visus: odoratus:  
auditus: gustus et tactus.

Septem decem precepta domini patent per hos versus.

Animum crede deum: nec iures vana per ipsum.

Sabbata sanctifices habeas in honore parentum.

Non sis occisor: fur: mechur: testis iniquus

Alterius nuptiam: nec rem cupias alienam  
¶ Et de his oibus peccatis qualitercūq; fui  
transgressus dico meā culpā z confiteor deo z  
vobis z peto a deo meo veniā; z vobis patre  
absolutionē z penitentiā. Ideoq; p̄cor beatif  
simā virginē Mariā z sanctos apostolos dei  
Petrū z Paulū z oēs sanctos z te patrē ora  
re ad dñm iesum xp̄m vt parcāt mibi oia pec  
cata mea mortalia; criminalia z venialia obli  
ta z neglecta z p̄ me cōfessa z que libēter cōfis  
terer si eorū memoriā haberē z que a tpe quo  
incepti peccare vsq; in p̄ntē diē cogitatōe dixi  
z feci: z bona opa que debebā facere obmisi: z  
cōferat mibi gratiā vt in posterū z similia pec  
cata nō faciā z cōcedat mibi bonū finem vite  
mee ac p̄seuerantiā in bonis opib⁹; z hāc aīā;  
ad celestē gloriā p̄ducāt. vosq; patrē meū re  
quiro ex pte dei patris oipotentis z scōz apo  
stolorū Petri z Pauli z scē Romane ecclesie  
z claviū auctoritate quatenus me absoluat  
ab oibus meis peccatis z delictis cōfessis ne  
glectis z oblitis: z a peccatis meis mortalib⁹  
cōmissis z obmissis: z venialib⁹ z a q̄buscūq;  
alijs delictis: peccatis: z a penis alijs inferni

z purgatorij q̄s p̄ his peccatis merui. Itē si  
sum excōicatus interdictus aut suspensus a iu-  
re vel ab hoīe: aut si fui aut essem irregularis  
suspensus vel interdictus: aut p̄cipui igno-  
rante vel sciēter excōicatus: supplico humiliter  
quatenus me in forma ecclesie absoluere  
z p̄cipatione xp̄ianoꝝ fidelium restituere. Itē  
q̄n quis facit cōfessionē nō integrā ita q̄ p̄ter-  
mittat aliqua peccata scienter: tali nō dimittū-  
tur peccata p̄pter illud peccatū q̄ sciēter ob-  
misit: q̄ impossibile est q̄ deus dimittat vnū  
peccatū sine reliquo: ergo multo minus pres-  
byter q̄ est minister dei p̄ dimittere vnū sine  
reliquo. z talis sic scienter obmittēs vnū pec-  
catū tenet oīa p̄ctā prius cōfessa de nouo cōfi-  
teri. Secus enī est si ignoranter vel p̄pter ali-  
quā specialē causam tūc nō tenet cōfiteri: q̄n  
cōfessor nō habuit potestātē absoluēdi ab il-  
lis peccatis. vel fuit ignorans z sine scia sacre  
scripture. vel si cōfites nō cōpienit seu facere  
neglexit penitentiā sibi iniunctā. In his qua-  
tuor casibus tenet iterato cōfiteri oīs homo.

**¶ Sequit̄ oratio post confessionē.**

**O**mnipotēs sempiternē deus misericordi-  
sime q̄ venisti peccatores redimere.  
Peto vt p̄ dulcissimū sacramētū corpis z san-  
guinis tui mysteriū vt mibi dones indulgentiā  
z remissionē oīz pctōz meoz p̄dictoz p̄titiū  
z futuroz: vt dignā valeā agere penitentiā. in  
bonis opibus p̄seuerantiā habeā: ac toto cor-  
de meo te diligere: z que tibi placita sunt tota  
dilectiōe p̄ficere: z te puro corde meditari: z  
post hanc vitā nunq̄ a te separari. Amen.

**C**hora.


**C**onfite te o cōfitens quatenus in quo libet  
puncto z clausulis hui⁹ cōfessionis que multā  
sententiā omniū circūstantiāz peccatoz cōtin-  
net. reducas te ad teipsum: z satage recordari  
si fecisti aliquo tpe ī specia!i aliquod peccatū  
cōsimile z statim illud cōfiteri cū suis circū-  
stantiis: que sunt: quātitas: qualitas: sexus: cō-  
ditio: locus: causa: intentio: tempus: mora: di-  
gnitas: tentationis z operatiōis modus. Hec  
sunt seruanda z cunctis penitentib⁹ insinuāda.  
Hec sunt querēde a penitentibus circūstantie.  
Quis: quid: vbi: p̄ quos: cū quibus: cur: quo:

quotiēs z qñ. **E**tas: forma: locus: ordo: sapie  
tia: tempus. **S**exus: cōditio: causa: intentio:  
mora. **L**uentus z psona ac opis z tentationis  
modus. **H**ec sunt medicamina quib' curat cō  
fessio vera. **S**it simplex z humilis: seruēs: pu  
ra ac fidelis. **V**era: frequēs: nuda: discreta:  
libens: z verecūda. **S**ecreta z integra: lachry  
mabilis: accelerata. **F**requēs: z accusans: ac  
se puniri parata. **P**ropter multos ignorātes  
cōfessores vt doceant qualiter debeāt in for  
ma debita ecclesie eis cōfitētes absoluerē. **E**go  
epus **M**agarensis minor penitentiari' addi  
di formā absolutionis huic cōfessio ni mee sus  
perius descripte: sic. **P**osita manu sup caput  
cōfitentis dicat confessor. **M**isereatur nostri.  
**Q**uibus finitis dicat: **D**ñs noster iesus xp̄s  
qui habet potestātē plenariā te absolucndi te  
absoluat. **E**t ego auctoritate ipsius z sanctorū  
apostolorū **P**etri z **P**auli z sancte matris ec  
clesie z auctoritate mihi cōmissa in hac parte  
quantū possum z debeo te absoluerē. **T**e pri  
mo absoluo a vinculo excoicationis maioris  
iuris vel bois si quod icurristi. **A**bsoluo etiā

te a participatione excoicatorum si indiges. Ac  
eadem auctoritate te absoluo ab omnibus peccatis  
tuis mortalibus criminalibus et venialibus  
mihi confessis. Absoluo etiam te ab omnibus  
alijs peccatis oblitis et confessis non confessis com-  
missis et obmissis ac neglectis quantum possum  
et debeo in virtute passionis domini nostri Iesu christi  
et in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Et  
ipsa passio domini nostri Iesu christi et merita omnium  
sanctorum et sanctarum passionum sanctorum martyrum  
et suffragia militantis ecclesie: et remissiones  
eiusdem: ac indulgentie orationes: et peregrina-  
tiones: et vota quaecumque fidelium christianorum quos-  
truncumque: et ieiunia et elemosine: et opera misericordie  
que fecisti et facis et proponis facere: et  
quicquid tribulationis patienter sustinueris to-  
tum tibi profero: satisfactionem huius penitentie  
tibi per me iniuncte et ad profectum et auxilium re-  
missionis omnium peccatorum tuorum et liberationis  
penarum tuarum inferni et purgatorii quas pro  
eis meruisti et ad acquisitionem gratie in patria  
et vite eterne in futuro seculo. Amen.

*Finit modus confitendi.*





554

⌊

*сирф*

Ст. 14.109 ✓

⌊

Ст. 14.110